Nr. 3955.

CURRENDA XVII, XVIII.

A. D. 1871.

Nr. 3955.

In Currenda XIII. a. 1870. pag. 97. publicata fuit Constitutio dogmatica de *Ecclesia Christi edita* in sessione *quarta* Sacrosancti oecumenici Concilii Vaticani; publicamus modo sequentibus Constitutionem dogmaticam de *Fide catholica* edita in sessione *tertia* die 24. April 1870. ejusdem Sacrosancti Concilii Vaticani. Prioribus duabus sessionibus nullae constitutiones aut decreta edebantur. In prima enim publica sessione die praestituto, scilicet 8. Decembris 1869. Sacrum Oecumenicum Concilium Vaticanum per ipsum Summum Pontificem solemniter apertum est. In secunda vero publica sessione die 6. Januarii 1870 habita, omnes, qui in concilio generali voto decisivo gaudent, professionem Fidei Tridentinae emiserunt, et jurejurando in Sacratas Sanctissimi D. N. manus deposito firmarunt.

Constitutio Dogmatica de Fide Catholica edita in Sessione tertia Sacrosancti oecumenici Concilii Vaticani.

Pius Episcopus Servus Servorum Dei sacro approbante Concilio

ad perpetuam rei memoriam.

Dei Filius et generis humani Redemptor Dominus Noster Jesus Christus, ad Patrem coelestem rediturus, cum Ecclesia sua in terris militante, omnibus diebus usque ad consummationem saeculi futurum se esse promisit. Quare dilectae sponsae praesto esse, adsistere docenti, operanti benedicere, periclitanti opem ferre nullo unquam tempore destitit. Haec vero salutaris ejus providentia, cum ex aliis beneficiis innumeris continenter apparuit, tum iis manifestissime comperta est fructibus, qui orbi christiano e Conciliis oecumenicis ac nominatim e Tridentino, iniquis licet temporibus celebrato, amplissimi provenerunt. Hinc enim sanctissima religionis dogmata pressius definita uberiusque exposita, errores damnati atque cohibiti; hinc ecclesiastica disciplina restituta firmiusque sancita promotum in Clero scientiae et pietatis studium, parata adolescentibus ad sacram militiam educandis collegia, christiani denique populi mores et accuratiore fidelium eruditione et frequentiore sacramentorum usu instaurati. Hinc praeterea arctior membrorum cum visibili Capite communio, universoque corpori Christi mystico additus vigor; hinc religiosae multiplicatae familiae, aliaque christianae pietatis instituta; hinc ille etiam assi-

duus et usque ad sanguinis effusionem constans ardor in Christi regno late per orbem propagando.

Verumtamen haec aliaque insignia emolumenta, quae per ultimam maxime oecumenicam Synodum divina clementia Ecclesiae largita est, dum grato, quo par est, animo recolimus; acerbum compescere haud possumus dolorem ob mala gravissima, inde potissimum orta, quod ejusdem sacrosanctae Synodi apud permultos vel auctoritas contempta, vel sapientissima neglecta fuere decreta.

Nemo enim ignorat, haereses, quas Tridentini Patres proscripserunt, dum, rejecto divino Ecclesiae magisterio, res ad religionem spectantes privati cujusvis judicio permitterentur, in sectas paullatim dissolutas esse multiplices, quibus inter se dissentientibus et concertantibus, omnis tandem in Christum fides apud non paucos labefactata est. Itaque ipsa sacra Biblia, quae antea christianae doctrinae unicus fons et judex asserebantur, jam non pro divinis haberi, imo mythicis commentis accenseri coeperunt

Tum nata est et late nimis per orbem vagata illa rationalismi seu naturalismi doctrina, quae religioni christianae utpote supernaturali instituto per omnia adversans, summo studio molitur, ut Christo, qui solus Dominus et Salvator noster est, a mentibus humanis, a vita et moribus populorum excluso, merae quod vocant rationis vel naturae regnum stabiliatur. Relicta autem projectaque christiana religione, negato vero Deo et Christo ejus, prolapsa tandem est multorum mens in pantheismi, materialismi, atheismi barathrum, ut jam ipsam rationalem naturam, omnemque justi rectique normam negantes, ima humanae societatis fundamenta diruere connitantur.

Hac porro impietate circumquaque grassante, infeliciter contigit, ut plures etiam e catholicae Ecclesiae filiis a via verae pietatis aberrarent, in iisque, diminutis paulatim veritatibus, sensus catholicus attenuaretur. Variis enim ac peregrinis doctrinis abducti, naturam et gratiam, scientiam humanam et fidem divinam perperam commiscentes, genuinum sensum dogmatum, quem tenet ac docet Sancta Mater Ecclesia, depravare, integritatemque et sinceritatem fidei in periculum adducere comperiuntur.

Quibus omnibus perspectis, fieri qui potest, ut non commoveantur intima Ecclesiae viscera? Quemadmodum enim Deus vult omnes homines salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire; quemadmodum Christus venit, ut salvum faceret, quod parierat, et filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in unum: ita Ecclesia, a Deo populorum mater et magistra constituta, omnibus debitricem se novit, ac lapsos erigere, labantes sustinere, revertentes amplecti, confirmare bonos et ad meliora provehere parata semper et intenta est. Quapropter nullo tempore a Dei veritate, quae sanat omnia, testanda et praedicanda quiescere potest, sibi dictum esse non ignorans: Spiritus meus, qui est in te, et verba mea, quae posui in ore tuo, non recedent de ore tuo amodo et usque in sempiternum (1).

(1) Is. LIX. 21.

Nos itaque, inhaerentes Praedecessorum Nostrorum vestigiis, pro supremo Nostro Apostolico munere veritatem catholicam docere ac tueri, perversasque doctrinas reprobare nunquam intermisimus. Nunc autem sedentibus Nobiscum et judicantibus universi orbis Episcopis, in hanc oecumenicam Synodum auctoritate Nostra in Spiritu Sancto congregatis, innixi Dei verbo scripto et tradito, prout ab Ecclesia catholica sancte custoditum et genuine expositum accepimus, ex hac Petri Cathedra in conspectu omnium salutarem Christi doctrinam profiteri et declarare constituimus, adversis erroribus potestate nobis a Deo tradita proscriptis atque damnatis.

CAPUT I.
DE DEO RERUM OMNIUM CREATORE.

Sancta Catholica Apostolica Romana Ecclesia credit et confitetur, unum esse Deum verum et vivum, Creatorem ac Dominum coeli et terrae, omnipotentem, aeternum, immensum, incomprehensibilem, intellectu ac voluntate omnique perfectione infinitum; qui cum sit una singularis, simplex omnino et incommutabilis substantia spiritualis, praedicandus est re et essentia a mundo distinctus, in se et ex se beatissimus, et super omnia, quae praeter ipsum sunt et concipi possunt, ineffabiliter excelsus.

Hic solus verus Deus bonitate sua et omnipotenti virtute non ad augendam suam beatitudinem, nec ad acquirendam, sed ad manifestandam perfectionem suam per bona, quae creaturis impertitur, liberrimo consilio simul ab initio temporis utramque de nihilo condidit creaturam, spiritualem et corporalem, angelicam videlicet et mundanam, ac deinde humanam quasi communem ex spiritu et corpore constitutam (1).

Universa vero, quae condidit, Deus providentia sua tuetur atque gubernat, attingens a fine usque ad finem fortiter, et disponens omnia suaviter (2). Omnia enim nuda et aperta sunt oculis ejus (3), ea etiam, quae libera creaturarum actione futura sunt.

CAPUT II.
DE REVELATIONE.

Eadem Sancta Mater Ecclesia tenet et docet, Deum, rerum omnium principium et finem, naturali humanae rationis lumine e rebus creatis certo cognosci posse; invisibilia enim ipsius, a creatura mundi, per ea quae facta sunt, intellecta, conspiciuntur (4): attamen placuisse ejus sapientiae et bonitati, alia, eaque supernaturali via se ipsum ac aeterna voluntatis suae decreta humano generi revelare, dicente Apostolo: Multifariam, multisque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis: novissime, diebus istis locutus est nobis in Filio (5).

Huic divinae revelationi tribuendum quidem est, ut ea, quae in rebus divinis humanae rationi per se impervia non sunt, in praesenti quoque generis humani conditione ab omnibus expedite, firma certitudine et nullo admixto errore cognosci possint. Non hac

---

(1) Conc. Later. IV. c. 1. Firmiter (2) Sap. VIII. 1. (3) Cf. Hebr. IV. 13. (4) Rom. 1. 20. (5) Hebr. I. 1-2.

tamen de causa revelatio absolute necessaria dicenda est, sed quia Deus ex infinita bonitate sua ordinavit hominem ad finem supernaturalem, ad participanda scilicet bona divina, quae humanae mentis intelligentiam omnino superant; siquidem oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quae praeparavit Deus iis, qui diligunt illum (1).

Haec porro supernaturalis revelatio, secundum universalis Ecclesiae fidem, a sancta Tridentina Synodo declaratam, continetur in libris scriptis et sine scripto traditionibus, quae ex ipsius Christi ore ab Apostolis acceptae, aut ab ipsis Apostolis Spiritu sancto dictante quasi per manus traditae, ad nos usque pervenerunt (2). Qui quidem veteris et novi Testamenti libri integri cum omnibus suis partibus, prout in ejusdem Concilii decreto recensentur, et in veteri vulgata latina editione habentur, pro sacris et canonicis suscipiendi sunt. Eos vero Ecclesia pro sacris et canonicis habet non ideo, quod sola humana industria concinnati, sua deinde auctoritate sint approbati; nec ideo dumtaxat, quod revelationem sine errore contineant; sed propterea, quod Spiritu Sancto inspirante conscripti Deum habent auctorem, atque ut tales ipsi Ecclesiae traditi sunt.

Quoniam vero, quae sancta Tridentina Synodus de interpretatione divinae Scripturae ad cöercenda petulantia ingenia salubriter decrevit, a quibusdam hominibus prave exponuntur, Nos, idem decretum renovantes, hanc illius mentem esse declaramus, ut in rebus fidei et morum, ad aedificationem d ctrinae Christianae pertinentium, is pro vero sensu sacrae Scripturae habendus sit, quem tenuit ac tenet Sancta Mater Ecclesia, cujus est judicare de vero sensu et interpretatione Scripturarum sanctarum; atque ideo nemini licere contra hunc sensum aut etiam contra unanimem consensum Patrum ipsam Scripturam sacram interpretari.

CAPUT III.
DE FIDE.

Quum homo a Deo tanquam Creatore et Domino suo totus dependeat, et ratio creata increatae Veritati penitus subjecta sit, plenum revelanti Deo intellectus et voluntatis obsequium fide praestare tenemur. Hanc vero fidem, quae humanae salutis initium est, Ecclesia catholica profitetur, virtutem esse supernaturalem, qua, Dei aspirante et adjuvante gratia, ab eo revolata vera esse credimus, non propter intrinsecam rerum veritatem naturali rationis lumine perspectam, sed propter auctoritatem ipsius Dei revelantis, qui nec falli nec fallere potest. Est enim fides, testante Apostolo, sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium (3).

Ut nihilominus fidei nostrae obsequium rationi consentaneum esset, voluit Deus cum internis Spiritus Sancti auxiliis externa jungi revelationis suae argumenta, facta scilicet divina, atque imprimis miracula et prophetias, quae cum Dei omnipotentiam et infinitam scientiam luculenter commonstrent, divinae revelationis signa sunt certissima et omnium

(1) 1. Cor. II. 9. (2) Conc. Trid. sess. IV. Decr. de Can. Script. (3) Hebr. XI. 1.

intelligentiae accommodata. Quare tum Moyses et Prophetae, tum ipse maxime Christus Dominus multa et manifestissima miracula et prophetias ediderunt; et de Apostolis legimus: Illi autem profecti praedicaverunt ubique, Domino cooperante, et sermonem confirmante, sequentibus signis (1). Et rursum scriptum est: Habemus firmiorem propheticum sermonem, cui bene facitis attendentes quasi lucernae lucenti in caliginoso loco (2).

Licet autem fidei assensus nequaquam sit motus animi caecus: nemo tamen evangelicae praedicationi consentire potest sicut oportet ad salutem consequendam, absque illuminatione et inspiratione Spiritus sancti, qui dat omnibus suavitatem in consentiendo et credendo veritati (3). Quare fides ipsa in se, etiamsi per charitatem non operetur, donum Dei est, et actus ejus est opus ad salutem pertinens, quo homo liberam praestat ipsi Deo obedientiam, gratiae ejus cui resistere posset, consentiendo et cooperando.

Porro fide divina et catholica ea omnia credenda sunt, quae in verbo Dei scripto vel tradito continentur, et ab Ecclesia sive solemni judicio sive ordinario et universali magisterio tamquam divinitus revelata credenda proponuntur.

Quoniam vero sine fide impossibile est placere Deo, et ad filiorum ejus consortium pervenire; ideo nemini unquam sine illa contigit justificatio, nec ullus, nisi in ea perseveraverit usque in finem, vitam aeternam assequetur. Ut autem officio veram fidem amplectendi, in eaque constanter perseverandi satisfacere possemus, Deus per Filium suum unigenitum Ecclesiam instituit, suaeque institutionis manifestis notis instruxit, ut ea tamquam custos et magistra verbi revelati ab omnibus posset agnosci. Ad solam enim catholicam Ecclesiam ea pertinent omnia, quae ad evidentem fidei christianae credibilitatem tam multa et tam mira divinitus sunt disposita. Quin etiam Ecclesia per se ipsa, ob suam nempe admirabilem propagationem, eximiam sanctitatem et inexhaustam in omnibus bonis foecunditatem, ob catholicam unitatem, invictamque stabilitatem, magnum quoddam et perpetuum est motivum credibilitatis et divinae suae legationis testimonium irrefragabile.

Quo fit, ut ipsa veluti signum levatum in nationes (4), et ad se invitet, qui nondum crediderunt, et filios suos certiores faciat, firmissimo niti fundamento fidem, quam profitentur. Cui quidem testimonio efficax subsidium accedit ex superna virtute. Etenim benignissimus Dominus et errantes gratia sua excitat atque adjuvat, ut ad agnitionem veritatis venire possint; et eos, quos de tenebris transtulit in admirabile lumen suum, in hoc eodem lumine ut perseverent, gratia sua confirmat, non deserens, nisi deseratur. Quocirca minime par est conditio eorum, qui per coeleste fidei donum catholicae veritati adhaeserunt, atque eorum, qui ducti opinionibus humanis, falsam religionem sectantur; illi enim, qui fidem sub Ecclesiae magisterio susceperunt, nullam unquam habere possunt justam causam mutandi, aut in dubium fidem eandem revocandi. Quae cum ita sint, gratias agentes Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine, tantam ne negligamus salutem, sed aspicientes in auctorem fidei et consummatorem Jesum, teneamus spei nostrae confessionem indeclinabilem.

(1) Marc. XVI 20. (2) 2. Petr. I. 19. (3) Syn. Araus. II can. 7. (4) Is. XI. 12.

CAPUT IV.
DE FIDE ET RATIONE.

Hoc quoque perpetuus Ecclesiae catholicae consensus tenuit et tenet, duplicem esse ordinem cognitionis, non solum principio, sed objecto etiam distinctum: principio quidem, quia in altero naturali ratione, in altero fide divina cognoscimus; objecto autem, quia praeter ea, ad quae naturalis ratio pertingere potest, credenda nobis proponuntur mysteria in Deo abscondita, quae, nisi revelata divinitus, innotescere non possunt. Quocirca Apostolus, qui a gentibus Deum per ea, quae facta sunt, cognitum esse testatur, disserens tamen de gratia et veritate, quae per Jesum Christum facta est (1), pronuntiat: Loquimur Dei sapientiam in mysterio, quae abscondita est, quam praedestinavit Deus ante saecula in gloriam nostram, quam nemo principum hujus saeculi cognovit: — nobis autem revelavit Deus per Spiritum suum: Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei (2). Et ipse Unigenitus confitetur Patri, quia abscondit haec a sapientibus, et prudentibus, et revelavit ea parvulis (3).

Ac ratio quidem, fide illustrata, cum sedulo, pie et sobrie quaerit, aliquam, Deo dante, mysteriorum intelligentiam eamque fructuosissimam assequitur, tum ex eorum, quae naturaliter cognoscit, analogia, tum e mysteriorum ipsorum nexu inter se et cum fine hominis ultimo; nunquam tamen idonea redditur ad ea perspicienda instar veritatum, quae proprium ipsius objectum constituunt. Divina enim mysteria suapte natura intellectum creatum sic excedunt, ut etiam revelatione tradita et fide suscepta, ipsius tamem fidei velamine contecta et quadam quasi calligine obvoluta maneant, quamdiu in hac mortali vita peregrinamur a Domino: per fidem enim ambulamus. et non per speciem. (4).

Verum etsi fides sit supra rationem, nulla tamen unquam inter fidem et rationem vera dissensio esse potest: cum idem Deus, qui mysteria revelat et fidem infundit, animo humano rationis lumen indiderit; Deus autem negare seipsum non possit, nec verum vero unquam contradicere. Inanis autem hujus contradictionis species inde potissimum oritur, quod vel fidei dogmata ad mentem Ecclesiae intellecta et exposita non fuerint, vel opinionum commenta pro rationis effatis habeantur. Omnem igitur assertionem veritati illuminatae fidei contrariam omnino falsam esse definimus (5). Porro Ecclesia, quae una cum apostolico munere docendi, mandatum accepit, fidei depositum custodiendi, jus etiam et officium divinitus habet falsi nominis scientiam proscribendi, ne quis decipiatur per philosophiam, et inanem fallaciam (6). Quapropter omnes christiani fideles hujusmodi opiniones, quae fidei doctrinae contrariae esse cognoscuntur, maxime si ab Ecclesia reprobatae fuerint, non solum prohibentur tanquam legitimas scientiae conclusiones defendere, sed pro erroribus potius, qui fallacem veritatis speciem prae se ferant, habere tenentur omnino.

Neque solum fides et ratio inter se dissidere nunquam possunt, sed opem quoque

(1) Joan. I. 17. (2) 1. Cor. II. 7—9. (3) Math. XI. 25. (4) 2. Cor. V. 7. (5) Conc. Lat. V. Bulla Apostolici regiminis. (6) Coloss. II. 8.

sibi mutuam ferunt, cum recta ratio fidei fundamenta demonstret, ejusque lumine illustrata rerum divinarum scientiam excolat; fides vero rationem ab erroribus liberet ac tueatur, eamque multiplici cognitione instruat. Quapropter tantum abest, ut Ecclesia humanarum artium et disciplinarum culturae obsistat, ut hanc multis modis juvet atque promoveat· Non enim commoda ab iis ad hominum vitam dimanantia aut ignorat aut despicit; fatetur imo, eas, quemadmodum a Deo, scientiarum Domino, profectae sunt, ita si rite pertractentur, ad Deum, juvante ejns gratia, perducere. Nec sane ipsa vetat, ne hujusmodi disciplinae in suo quaeque ambitu propriis utantur principiis et propria methodo; sed justam hanc libertatem agnoscens, in sedulo cavet, ne divinae doctrinae repugnando errores in se suscipiant, aut fines proprios transgressae, ea, quae sunt fidei, occupent et perturbent.

Neque enim fidei doctrina, quam Deus revelavit, velut philosophicum inventum proposita est humanis ingeniis perficienda, sed tamquam divinum depositum Christi Sponsae tradita, fideliter custodienda et infallibiliter declaranda. Hinc sacrorum quoque dogmatum is sensus perpetuo est retinendus, quem semel declaravit Sancta Mater Ecclesia, nec unquam ab eo sensu, altioris intelligentiae specie et nomine, recedendum. Crescat igitur et multum vehementerque proficiat, tam singulorum, quam omnium, tam unius hominis, quam totius Ecclesiae, aetatum ac saeculorum gradibus, intelligentia, scientia, sapientia: sed in suo dumtaxat genere, in eodem scilicet dogmate, eodem sensu, eademque sententia (1).

CANONES.

I.

DE DEO RERUM OMNIUM CREATORE.

1. Si quis unum verum Deum visibilium et invisibilium Creatorem et Dominum negaverit; anathema sit.

2. Si quis praeter materiam nihil esse affirmare non erubuerit; anathema sit.

3. Si quis dixerit, unam eandemque esse Dei et rerum omnium substantiam vel essentiam; anathema sit.

4. Si quis dixerit, res finitas, tum corporeas tum spirituales, aut saltem spirituales, e divina substantia emanasse;

aut divinam essentiam sui manifestatione vel evolutione fieri omnia;

aut denique Deum esse ens universale seu indefinitum, quod sese determinando constituat rerum universitatem in genera, species et individua distinctam; anathema sit.

5. Si quis non confiteatur, mundum, resque omnes, quae in eo continentur, et spirituales et materiales, secundum totam suam substantiam a Deo ex nihilo esse productas;

aut Deum dixerit non voluntate ab omni necessitate libera, sed tam necessario creasse, quam necessario amat seipsum;

aut mundum ad Dei gloriam conditum esse negaverit; anathema sit.

(1) Vinc. Lir. Common. n. 28.

II.
DE REVELATIONE.

1. Si quis dixerit, Deum unum et verum, Creatorem Dominum nostrum, per ea quae facta sunt, naturali rationis humanae lumine certo cognosci non posse; anathema sit.

2. Si quis dixerit, fieri non posse, aut non expedire, ut per revelationem divinam homo de Deo, cultuque ei exhibendo edoceatur; anathema sit.

3. Si quis dixerit, hominem ad cognitionem et perfectionem, quae naturalem superet, divinitus evehi non posse, sed ex seipso ad omnis tandem veri et boni possesionem jugi profectu pertingere posse et debere; anathema sit.

4. Si quis sacrae Scripturae libros integros cum omnibus suis partibus, prout illos sancta Tridentina Synodus recensuit, pro sacris et canonicis non susceperit, aut eos divinitus inspiratos esse negaverit; anathema sit.

III.
DE FIDE.

1. Si quis dixerit, rationem humanam ita independentem esse, ut fides ei a Deo imperari non possit; anathema sit.

2. Si quis dixerit, fidem divinam a naturali de Deo et rebus moralibus scientia non distingui, ac propterea ad fidem divinam non requiri, ut revelata veritas propter auctoritatem Dei revelantis credatur; anathema sit.

3. Si quis dixerit, revelationem divinam externis signis credibilem fieri non posse, ideoque sola interna cujusque experientia aut inspiratione privata homines ad fidem moveri debere; anathema sit.

4. Si quis dixerit, miracula nulla fieri posse, proindeque omnes de iis narrationes, etiam in sacra Scriptura contentas, inter fabulas vel mythos ablegandas esse; aut miracula certo cognosci nunquam posse, nec iis divinam religionis christianae originem rite probari; anathema sit.

5. Si quis dixerit, assensum fidei christianae non esse liberum, sed argumentis humanae rationis necessario produci; aut ad solam fidem vivam, quae per charitatem operatur, gratiam Dei necessariam esse; anathema sit.

6. Si quis dixerit, parem esse conditionem fidelium atque eorem, qui ad fidem unice veram nondum pervenerunt, ita ut catholici justam causam habere possint, fidem, quam sub Ecclesiae magisterio jam susceperunt, assensu suspenso in dubium vocandi, donec demonstrationem scientificam credibilitatis et veritatis fidei suae absolverint; anathema sit.

IV.
DE FIDE ET RATIONE.

1. Si quis dixerit, in revelatione divina nulla vera et proprie dicta mysteria contineri, sed universa fidei dogmata posse per rationem rite excultam e naturalibus principiis intelligi et demonstrari; anathema sit.

2. Si quis dixerit, disciplinas humanas ea cum libertate tractandas esse, ut earum assertiones, etsi doctrinae revelatae adversentur, tanquam verae retineri, neque ab Ecclesia proscribi possint; anathema sit.

3. Si quis dixerit, fieri posse, ut dogmatibus ab Ecclesia propositis, aliquando secundum progressum scientiae sensus tribuendus sit alius ab eo, quem intellexit et intelligit Ecclesia; anathema sit.

Itaque supremi pastoralis Nostri officii debitum exequentes, omnes Christi fideles, maxime vero eos, qui praesunt vel docendi munere funguntur, per viscera Jesu Christi obtestamur, nec non ejusdem Dei et Salvatoris nostri auctoritate jubemus, ut ad hos errores a Sancta Ecclesia arcendos et eliminandos, atque purissimae fidei lucem pandendam studium et operam conferant.

Quoniam vero satis non est, haereticam pravitatem devitare, nisi ii quoque errores diligenter fugiantur, qui ad illam plus minusve accedunt; omnes officii monemus, servandi etiam constitutiones et Decreta, quibus pravae ejusmodi opiniones, quae istbic diserte non enumerantur, ab hac Sancta Sede proscriptae et prohibitae sunt.

Datum Romae in publica Sessione in Vaticana Basilica solemniter celebrata anno Incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo septuagesimo, die vigesima quarta Aprilis.

Pontificatus Nostri anno vigesimo quarto.

Tarnoviae 11. Nov. 1871.

Nr. 5827/Df.

Obwieszczenie.

Przy losowaniu obligacyj indemnizacyjnych uskutecznionem na dniu 31. Października 1871. zostały następujące obligacye do spłaty wylosowane, a mianowicie:

A) funduszu indemnizacyjnego Wielkiego Księstwa Krakowskiego.

(XXVII Losowanie.)

na **50** złr. z kuponami: Nr. 135, 151, 168, 226.

na **100** złr. z kuponami: Nr. 113, 207, 385, 415, 587, 681, 743, 840, 862, 887, 933, 1.214, 1.278, 1.351, 1.383, 1.616, 1 651.

na **500** złr. z kuponami: Nr. 33, 103, 176, 209.

na **1.000** złr. z kuponami: 6, 153, 206, 289, 536, 824, 980, 1.021, 1128 i Nr. 1.096 z częściową kwotą 100 złr.

na **10.000** złr. z kuponami: Nr. 21.

i Lit. A. Nr. 14. na 510 złr., Nr. 44. na 1.610 złr. Nr. 100 na 110 złr. Nr. 110 na 650 złr. Nr. 242 na 50 złr., Nr. 246 na 100 złr.

B) funduszu indemnizacyjnego Galicyi zachodniéj.

(XXVII Losowanie.)

na **50** złr. z kuponami: Nr. 46, 500, 702, 890, 898, 977, 1.000, 1.851, 1.929, 2.072 2.202, 2.385, 2.512, 2.826, 2.855, 3.220, 3.487, 3,504, 3.599, 3.639, 3.751, 3.876, 4.122, 4.633, 4.658, 4.717;

na **100** złr. z kuponami: Nr. 178, 222, 302, 437, 595, 622, 939, 1.089, 1.193, 1.280, 1.447, 1.546, 1.726, 1.738, 1.881, 2.074, 2.078, 2.211, 2.301, 2.390, 2.609, 2.669, 2.781, 2.826, 2.855, 2.900, 3.084, 3.273, 3.290, 3.480, 3.529, 3.577, 3.599, 3.868, 4.070, 4.125, 4.191, 4.208, 4.344, 4.463, 4.561, 4.663, 4.696, 4.805, 4.986, 5.030, 5.079, 5.495, 5.512, 6.067, 6.140, 6.406, 6.435, 6.446, 6.519, 6.627, 6.684, 7.137, 7.694, 7.772, 7.788, 7.925, 7.929, 8.040, 8.105, 8.281, 8.516, 8.788, 8.827 8.933, 8.973, 8.974, 8.977, 9.048, 9.065, 9.240, 9.323, 9.375, 9.390, 9.543, 9.584, 9.656, 9.971, 9.993, 10.041, 10.049, 10.185, 10.193, 10.452, 10.922, 10.924, 10.963, 11.046, 11.136, 11.205, 11.351, 11.470, 11.492, 11.649, 11.709, 11.920, 11.945, 11.950, 11.952, 12.113, 12.167, 12.351, 12.673, 12.751, 12.899, 12.918, 13.036, 13.042, 13.084, 13.111, 13.173. 13.182, 13.321, 13.424, 13.657, 13.710, 13.900, 13.988, 14.063, 14.065, 14.114, 14.229, 14.576, 14.582, 14.773, 14.784, 14.811, 14.941, 15.337, 15.500, 15.668, 15.683, 15.751, 15.836, 15.896, 15948, 16.056, 16.117, 16.162, 16.170, 16.224, 16.454, 16.580. 16.592, 16.608, 16.643, 16.651, 16.717, 16.744, 16.755, 16.782, 16.796, 16.829. 16.849, 17.382, 17.445, 17.484, 17.570, 17.681, 17.692, 17.727, 17.818, 17.826, 17.841, 17.868, 17.944, 18.075, 18.085, 18.104. 18.433, 18.696, 18.718, 18.793, 18.919, 18.924, 18.934, 18.950, 19.175. 19.325. 19.417, 19.585, 19.604, 19.769, 19.806, 19.821, 19.844, 19.851, 19.955, 20.257, 20.302, 20.320, 20.449, 20.630, 20.814, 20.908, 21.029, 21.030, 21.037, 21.038, 21.083, 21.515, 21.683, 21.687, 21.722, 21.729, 21.935, 22.094, 22.126, 22,195, 22.396, 22.431, 22.637, 22.880, 22.921, 22.948, 22.966, 23.113, 23.169, 23.222, 23.284, 23.316, 23.372, 23.467, 23.503, 23.509, 23.553, 23.639, 23.711, 23.785, 23.915, 23.953, 24.041, 24.131, 24.191, 24.277.

na **500** złr. z kuponami: Nr. 363, 463, 687, 748, 807, 826, 865, 1.004. 1.218. 1.416. 1.611, 1.692, 1.922, 1.926, 1.974, 2.315, 2.488, 2.502, 2.637, 2.647, 2.770, 3.150, 3.497, 3.646, 3.722, 3.758, 3.811, 3.815, 3.905, 4.027, 4.084, 4.128, 4.148, 4.514, 4.627, 4.640, 4.645, 4.819, 4.843, 4.941, 4.956, 5.132, 5.217;

na **1.000** złr. z kuponami: Nr. 23, 26, 224, 251, 354, 627, 669, 829, 954, 976, 1.045, 1.050, 1.116, 1.431, 1.541, 1.709, 1.732, 1.977, 1.980, 2.131, 2.194, 2.225, 2.256, 2.265. 2.669, 2.706, 2.750, 2.788, 2.962, 3.264, 3.279, 3.966, 4.036, 4.042, 4.257, 4.514, 4.526, 4.610, 4.715, 4.720, 4.744, 4.827, 4.847. 4.867, 5.166, 5.544, 5.569, 5.829, 5.896, 6.013, 6.127, 6.157, 6.178, 6.416, 6.818, 6.901, 7.255, 7.274. 7.317, 7.367, 7.402, 7.610, 7.722, 7.805, 7.808, 7.941, 8.166, 8.359, 8.478, 8.756, 8.782, 8.946, 9.030, 9.510, 9.613, 9.714, 9.753, 9.791, 10.359, 10.370, 10.743,

10.752, 10.857, 11.025, 11.078, 11.152, 11.212, 11.276, 11.423, 11.491, 11.498, 11.515, 11.544, 11.638, 11.652, 12.398, 12.417, 12.541, 12.687, 12.718, 12.725.

i Nr. 3.486 z częściową kwotą 500 złr.

na **5.000** złr. z kuponami: Nr. 151, 173. 209, 500, 526, 697, 720, 975, 1.103, 1.170;

na **10.000** złr. z kuponami: Nr. 52, 394, 727. 830, 923;

i Lit. A. Nr. 782, na 360 złr.. Nr. 824 na 3.720 złr., Nr. 925 na 240 złr., Nr. 997 na 4980 złr., Nr. 1418 na 700 złr., Nr. 1889 na 5290 złr., Nr. 2343, na 4300 złr., Nr. 2367 na 50 złr., Nr. 2377 na 490 złr., Nr. 3856 na 350 złr., Nr. 4196 na 60 złr., Nr. 4385 na 200 złr., Nr. 4515 na 2500 złr., Nr. 4648 na 300 złr., Nr. 4711 na 50 złr., Nr. 4966 na 50 złr., Nr. 4979 na 80 złr.

C) funduszu indemnizacyjnego Galicyi wschodniéj.

(XXVIII. Losowanie.)

na **50.** złr. z kuponami: Nr. 539, 636, 663, 1.071, 1.166, 1.327, 1.415, 1.437, 1.484, 1.593, 1.762, 1.821, 2.094, 2.135, 2.262, 2.360, 2.374, 2.393, 2.656, 2.720, 2.761, 2.769, 2.893, 2.953, 2.990, 3.065, 3.338, 3.379, 3.409, 3.471, 3.691, 3.819, 3.842, 3.899, 3.937. 3.975, 4.094, 4.145, 4.160, 4.440, 4.730, 4.982, 5.011, 5.040, 5.058, 5.201, 5.382, 5.480, 5.496, 5.856, 5.873, 6.140;

na **100** złr. z kuponami: Nr. 707, 720, 866, 930, 945, 1.032, 1.047, 1.284, 1.427, 1.455, 1.878, 1.961, 2.779, 2.897, 2.917, 2.942, 3.334, 3.430, 3.435, 3.467, 3.610, 3.726, 3.780, 3.947. 4.013, 4.047, 4.223, 4.294, 4.298, 4.303, 4.369, 4.574, 4.683, 4.766, 4.767, 4.933, 5.358, 5.598, 5.795, 5.950, 6.078, 6.320, 6.380, 6.436, 6.475, 6.572, 6.600, 6.844, 7.113, 7.218, 7.258, 7.304, 7.417, 7.744, 7.789, 7.859, 7.904, 8.014, 8.222, 8.313. 8.383, 8.390, 8.469, 8.606, 8.706, 8.718, 9.325, 9.443, 9.634, 9.753, 9.882, 10.120, 10.253, 10.362, 10.693, 10.978, 11.054, 11.273, 11.914, 12.057, 12.072, 12.530, 12.595, 12.830, 12.908, 13.009, 13.159, 13.175, 13.576, 13.598, 13.846, 13.954, 13.958, 14.111, 14.219, 14.275, 14.510, 14.690, 14.760, 14.987, 15.121, 15.236, 15.339, 15.444, 15.944, 15.707, 16.023, 16.275, 16.373, 16.390, 16.933, 16.946, 17.358, 17.498, 17.556, 17.646, 17.655, 17.784, 17.881, 18.089, 18.509, 18.644, 18.925, 18.928, 19,113, 19.128, 19.140, 19.237, 19.596, 19.682, 19.919, 20.308, 20.440, 20.503, 21.281, 21.780, 21.863, 22.002, 22.105, 22.110, 22.124, 22.267, 22.496, 22.513, 22.715, 23.026, 23.059, 23.158, 23.311, 23.343, 23.382, 23.470, 23.727, 23.773, 24.026, 24.039, 24.441, 24.535, 24.564, 24.674, 24.734, 24.814, 24.891, 25.210, 25.213, 25.216, 25.268, 25.354, 25.389, 25.552, 25.556, 25.730, 25.775, 25.966, 26.148, 26.268, 26.418, 26.445, 26.538, 26.569, 26.570, 26.697, 26.877, 26.912, 27.079, 27.230, 27.422, 27.423, 27.481, 27.533, 27.675, 27.720, 27.769, 27.818, 27.866, 28.092, 28.160, 28.629, 28.690, 28.755, 28.772, 28.938, 29.060, 29.064, 29.133, 29.175, 29.179, 29.200, 29.294,

29.536 29.773, 29.853, 29.863, 29869, 29.917. 30003, 30.518, 30.628, 30757 30.947, 31.065, 31.133, 31.145, 31.159, 31.169, 31.320, 31322, 31.350, 31.384, 31.816, 31.833, 31.844, 32.024, 32.147, 32.174, 32.479, 32676, 32.746, 32.780, 33.360, 33.435, 33.963, 33.984, 34.077, 34131, 34.510, 34.641, 34.673, 34.761, 34.878, 35.183, 35.214, 35.426, 35.580, 35.656, 36200, 36.419, 36.456, 36.9,84 36.597, 36.678, 36.742, 36807, 36856, 36.963, 36,999, 37.070, 37.158, 37.289 37.482, 37.703, 38031, 38.363, 38.069, 38.076, 38.373, 38.393, 38.446, 38.528 38.633, 38.781, 38.823, 39031, 39.079, 39.244, 39.552, 39.547, 39.588, 39.614, 39.626, 39.936, 39994, 40095, 40.128, 40.296, 40.360, 40.433, 40.540, 40.760, 40.807, 40.993, 41.079, 41.274, 41062, 41.696, 41.798, 41.841, 42.001, 42.035, 42.196, 42.205;

na **500** złr. z kuponami: Nr. 51, 105, 663, 677, 691, 739, 741, 747, 755, 793, 797, 854, 949, 961, 1.089, 1.146, 1.199, 1.234, 1.556, 1.669, 2.142, 2.266, 2.298, 2310, 2.494, 2522, 2.756, 2.807, 2.882, 2.936, 2.979, 3.124, 3.310, 3316, 3.632, 3.691, 4.051. 4.251, 4.264, 4.267, 4.283, 4.290, 4.339, 4.411, 4.571, 4.701, 4.761, 5019, 5129, 5.215, 5221, 5.246, 5.337. 5.518. 5565, 5.625, 5.826, 5.890, 5976, 6.021, 6.275. 6.356, 6.402, 6.476, 6.539, 6903. 6.914, 7.128, 7149, 7.317, 7.327, 7.466, 7.538, 7.759, 7.981. 8.062, 8.129, 8.704, 8.943, 8.991, 9.015, 9.016, 9.218, 9.240, 9.505, 9.584:

na **1.000** złr. z kuponami: Nr. 179, 388, 893, 986, 1,054, 1.153, 1.185, 1.197, 1.242, 1.298, 1.321, 1.418, 1.527, 1.970, 1.985, 2.304, 2.406, 2.430, 2.756, 2.766, 2.796, 2.864, 2.877, 2.881, 2.900, 3.139, 3.144, 3.151, 3.180, 3.198, 3.329, 3.342, 3.592, 3.685, 3.740, 3.744, 3.881, 3.980, 4.064, 4.120, 4.225, 4.342, 4.372, 4.460, 4.620, 5.079, 5.519, 5.569, 5.597, 5.699, 5.845, 5.873, 6.241, 6.345, 6.381, 6.497, 6.732, 6.897, 6.941, 6.944, 7.028, 7.445, 7.513, 7.634, 7.929, 8.815, 8.980, 8.996, 9.040, 9.121, 9170, 9211, 9.213, 9.250, 9.314. 9.319, 9.405, 9.451, 9.731, 9.829, 9.928, 10.510, 10.621, 10.656, 10786, 10.924, 11.265, 11.516, 11.653, 11.763, 12..002, 12.123, 12.146, 12.849, 12.884, 12907, 13260, 13.468, 13.720, 13,737, 13.887, 14.029, 14.209, 14367, 14.385, 14.436, 15.174, 15.319, 15.427, 15.483, 15.702, 15.836, 16.089, 16.139, 16.160, 16.182, 16.391, 16.434, 16.487, 16795, 16.843, 16.915, 17.064, 17.081, 17.108, 17.115, 17588, 17389, 17.390, 17.424, 17.502, 17.664, 18.001, 18285, 18.319, 18.452, 19.081, 19.428, 19.454, 19.463, 19.478, 19.576, 19.603, 19.621, 19.657, 19.857, 19.905, 19.930, 20.201, 20.232, 20.703, 20.786, 20.796, 20.837, 20860, 20.878, 20.943, 21.010, 21.141, 21.224, 21.487, 21.806, 21.854, 21.864, 22193, 22.241, 22.310, 22.314, 22.772, 22.776. 22.852, 23.152, 23.187, 23.422, 23.489, 23.567, 23.985, 24.562, 24.860, 24.881, 24.897, 25.075, 25266, 25.347, 25.402, 25541, 25.617, 25.640, 25647, 25.839, 25.856, 25.896, 26.155, 26.382, 26.548, 26.634, 26.791, 26818, 26.900, 26.945, 26.945, 26.958, 26.996, 27.096, 27.185, 27.387, 27.547. 27.580, 27.639, 27.807, 27988, 28.238. 28.273, 28.380, 28.425, 28.931.

na **5.000** złr. z kuponami. Nr. 758, 849, 866, 1.052, 1.749, 1.781, i Nr. 1848 częściową kwotą 4.700 złr.

na **10.000** złr. z kuponami: Nr. 820. 1.022, 1.410, 1.424, 1689,

i Lit. A. Nr. 317 na 60 złr., Nr. 490 na 440 złr., Nr. 1418 na 1120 złr. Nr. 1794 na 2700 złr., Nr. 2320 na 410 złr., Nr. 2356 na 100 złr., Nr. 2955 na 230 złr. Nr. 4347 na 900 złr., Nr. 4897 na 780 złr. Nr. 5094 na 500 złr., Nr. 5183 na 50 złr., Nr. 5254 na 860 złr., Nr. 5323 na 700 złr., Nr. 5436 na 50 złr., Nr. 5470 na 36090 złr., Nr. 6206 na 140 złr., Nr. 6340 na 200 złr., Nr. 6557 na 50 złr., Nr. 7470 na 100 złr., Nr. 7500 na 5900 złr., Nr. 7915 na 150 złr., Nr. 8002 na 900 złr., Nr. 8066 na 10000 złr., Nr. 8133 na 100 złr., Nr. 8141 na 300 złr., Nr. 8200 na 200 złr., Nr. 8231 na 200 złr., Nr. 8550 na 200 złr., Nr. 8930 na 1200 złr., Nr., 9001 na 1000 złr., Nr., 9002 na 1000 złr, Nr. 9122 na 10000 złr., Nr. 9139 na 10000 złr., Nr. 9267 na 8000 złr.

Powyższe obligacye wypłacone zostaną wedle istniejących przepisów w wylosowanych kwotach kapitału po upływie sześciu miesięcy od dnia wylosowania w ces. król. kasie funduszów indemnizacyjnych we Lwowie, która to kasa na nie wylosowaną część obligacyj nowe obligacye wystawi.

W ciągu ostatnich trzech miesięcy przed terminem wypłaty wylosowane obligacye równie ces. król. uprzyw. austryacki bank narodowy we Wiedniu eskomptować będzie.

Prócz tego wykazują się ponownie już wylosowane a jeszcze nie wypłacone obligacye wszystkich trzech funduszów w załączonych trzech wykazach z tem zastrzeżeniem, że oprocentowanie obligacyj indemnizacyjnych z terminem wypłaty ustaje, i że w razie, gdyby kupony od tych obligacyj zostały wypłacone, to wypłacone kwoty od kapitału przy wypłacie odciągnięte zostaną.

Nareszcie czyni się wiadomo, że w księgach kredytowych ces. król. kasy funduszów indemnizacyjnych znajdują się adnotacye przy następujących obligacyach, a mianowicie:

A) **w księgach funduszu indemnizacyjnego** Wielkiego księstwa krakowskiego

1. przez właścicieli doniesiona strata przy obligacyach z kuponami:

na **100** złr.: Nr. 571, 572, 1.057;

na **500** złr.: Nr. 139.

2. rozpoczęta amortyzacya przy obligacyach z kuponami

na **100** złr.: Nr. 212;

na **500** złr.: Nr. 305;

i 3. już dozwolona amortyzacya przy obligacyi z kuponami:

na **500** złr. Nr. 87.

B) **w księgach funduszu indemnizacyjnego** Galicyi zachodniej.

1. przez właścicieli doniesiona strata przy obligacyach z kuponami:

na **50** złr.: Nr. 52;

na **100** złr.: Nr. 1.159, 2.495, 3.710, 8.027, 12.523, 18.645;

na **1.000** zł.: Nr. 3.687, 12.103, 12.104, 12.105, 12.106, 12.107;

2. rozpoczęta amortyzacya przy obligacyach:

na **50** zł. z kuponami: Nr. 384, 1.173.

na **1.00** zł. z kuponami: Nr. 5.208, 5.612, 6.843, 8.149, 8.787, 9.162, 9.258, 10.515, 10.699, 10.981, 11.742, 12.008, 12 079, 12.081, 12.269, 12.464, 12.546, 12.980, 13 264, 13.910, 14.810, 16.772, 17.508, 19.663, 21.178, 23 386;

na **500** zł. z kuponami: Nr. 220, 264, 1.371, 2.085, 2.785;

na **1000** zł. z kuponami: Nr. 87, 3 199, 5.677, 7 410, 11.491, 11.507, 11.712, 12.165,

i Lit. A. Nr. 2.007 na 3.180 zł., Nr. 3.038 na 270 zł.;

3. już dozwolona amortyzacya przy obligacyach:

na **50** zł. z kuponami: Nr. 1.406, 1.627, 2.958;

na **100** zł. z kuponami: Nr. 196, 575, 805, 927, 1.080, 1.081, 1.656, 2.494, 3.785, 6.565, 6.982, 7.676, 8.540, 8.541, 9.532, 9.917, 9.918, 10.600, 10.979, 11.208, 11.209, 11.210, 11.370, 11.435, 11 577, 13.790, 20.134;

na **500** zł. z kuponami: Nr. 12, 1.156, 1.562, 2.182, 3.742;

na **1.000** zł. z kuponami: Nr. 4 696;

i Lit. A. Nr. 237 na 350 zł., Nr. 511 na 5.490 zł, Nr. 1.113 na 350 zł. i Nr. 2.473 na 90 zł.

C) w książkach **funduszu indemnizacyjnego Galcyi wschodniéj**;

1. przez właścicieli doniesiona strata przy obligacyach:

na **100** zł. z kuponami: Nr. 2.453, 2.474. 10 000, 10 342, 10.641, 13.628, 19.647, 32.417, 32.418, 32.419, 32.443, 40.881.

na **500** zł. z kuponami: Nr. 3 996, 5 844, 7 078;

na **1.000** zł. z kuponami: Nr. 28 973;

2. rozpoczęta amortyzacya przy obligacyach:

na **50** zł. z kuponami: Nr. 1.099, 2.354, 2 518, 4.228, 5.412, 5.497, 5.536, 5.765, 5.926,

na **100** zł. z kuponami: Nr. 2 547, 4.176, 4.584, 4.794, 5.862, 6.884, 7.257, 7.453, 8.268, 8.430, 9 227, 10.725, 11.223, 11.345. 11.689, 13.043, 13.333, 15.594, 15.715, 16.242, 16.768, 17.252, 18.109, 18.141, 18.817, 19.570. 20 511, 20.512, 20.572, 20.574, 21.187, 21.188, 21 282, 21.313, 21.368, 21.474, 21.965, 22.013, 22.014, 22.015, 22.717, 22.732, 22.733, 23.833, 23.873, 24.458, 24.475, 24.635, 24.636, 24 637, 24.638, 25.313, 25.735, 26.651, 26.654, 27.661, 28.436, 28.456, 29.583, 29.584, 29.585, 30.231, 30.232, 30.233, 30 438, 30.531, 30 532, 36.481, 38.271. 38.794, 38.796, 39.339, 39.438, 39.439;

na **500** zł. z kuponami: Nr. 1.269, 3 980, 4 440, 4.527, 4.817, 6.103, 6.333, 7.486, 7.702,

na **1.000** zł. z kuponami: Nr. 2.136, 2.965, 3.383, 3.804, 4.324, 4.326, 5.194, 8.396, 10.564, 10.566, 10.567, 11 511, 11.512, 11.513. 11.514, 11.515, 11.516,

12 283, 12.427, 19 377, 23.099, 25.543, 25.547, 26.414, 26.548, 26.657,

i Lit. A. Nr. 2.934 na 200 złr., Nr. 5.709 na 200 złr., Nr. 7.131 na 50 złr., Nr. 7.406 na 200 złr., i Nr. 8.423 na 200 złr.;

3. już dozwolona amortyzacya przy obligacyah, :

na **50** złr. z kuponami: Nr. 1.034, 1.344, 1.450, 1.718, 1.745;

na **100** złr. z kuponami: Nr. 555, 1.792, 2.103, 3.832, 4.466, 4.467, 5.135, 5.180, 5.999, 6.000, 6.001, 6 002, 6.957, 11.164, 14.049, 15.371, 15.372, 15.373, 15.374, 16.761. 17.155, 17.156, 17.157. 17.273. 17.274, 17.275, 18.230, 24.915;

na **500** złr. z kuponami: Nr. 974, 1.395, 1.903, 2.092, 2.885, 5 689, 7.005;

na **1.000** złr. z kuponami: Nr. 262, 3.202, 3.454, 3.455, 3.829, 10.565, 11.040. 12.429, 14.509, 16.408, 19 451.

i Lit. A. Nr. 660 na 900 złr, Nr. 1.372 na 2 960 złr., Nr. 1.373 na 430 złr., Nr. 1.732 na 3.400 złr. Nr, 2.361 na 800 złr. Nr. 2 365 na 1.260 złr. Nr. 2.959 na 4.000 złr., Nr. 3.531 na 10 200 złr., Nr. 3.532 na 50 złr, Nr. 3631 na 1 900 złr., Nr. 4.108 na 600 złr., Nr. 4.109 na 50 złr., Nr. 4 913, na 300 złr., Nr. 4.914 na 50 złr., Nr. 5.065 na 130 złr, Nr. 5 275 na 50 złr, Nr. 5.619 na 600 złr., Nr. 6.179 na 2.000 złr, Nr. 6 180 na 2.000 złr., Nr. 6.371 na 100 złr., Nr. 6 412 na 200 złr.

Z c. k. Namiestnictwa jako Dyrekcyi funduszów indemnizacyjnych.

Lwów dnia 31. Października 1871.

Nr. 179. pr.

Dilecti in Xto Fratres!

Religiosus nomine Casimirus Mikulski e Conventu Tarnoviensi fratrum minorum de observantia, vir strenuus ac actuosus, bene memor, cum quantis ipse quondam qua pauper et inops studiosus conflictatus sit difficultatibus ac aerumnis, donec ad optatum pervenerit finem, laudabile cepit consilium, erigendi asylum (sic dictam bursam) pro juventute inopi, ast ardore discendi animata et capacitate et ingenio pollente sed unde media, unde fundi pro tanto opere? Nonne propositum hoc primo intuitu apparet temerarium, si respiciatur auctor ejus? Monachus ex ordine Mendicantium, nil posidens tanta audet! Et tamen ecce in Dei providentia ac eloquio Domini Nostri de grano sinapis confisus alacres ad opus salutare admovit manus et Deo adjuvante domus nitida ac commoda, necessaria supellectili provisa jam ab anno stat perfecta ac consummata. imo jam anno scholari praeterlapso viginti fovit in sinu suo pauperculos, ast discendi cupidos studiosos, qui in habitaculo hieme calefacto accipiunt lumen, ciborum coctionem gratuitam, et quod maximi est momenti educatione fruuntur vere catholica sub ductu idoneo praelaudati Religiosi et tute-

la Curatoriae selectae e viris tum ecclesiasticis tum secularibus et Protectoratu Excellentissimi, Illustrissimi ac Reverendissimi Praesulis. Agitur modo de eo, ut aes alienum modo Deo sint laudes! jam modicum domui huic inhaerens quantocyus exsolvatur, fundus aliquis stabilis procuretur pro largiori pauperum studiosorum sustentatione, hujus bursae amplificatione, aut potius pro ejusdem e suburbio remotiori et tempore tempestatis aut hiemis non facili aditu in locum scholis propriorem translatione. Ad Vos Dilecti in Xto Fratres! qui nunquam non, quoties de opere aliquo salutari sublevando ac promovendo agitur promptum manifestatis animum haec invitantia dirigimus verba, exploratum habentes, Vos pro viribus hujus instituti indigentiis jam ex proprio jam alios data occasione ad benefaciendum excitando subventuros esse. Plerique Vestrum tempore studiorum egestate laboraverunt, pauci benefactorum munificentia suffulti meliori quidem fruebantur sorte — priores propria tristi edocti experientia proniores erunt ad egestatem aliorum sublevandam, posteriores gratitudinis officio ducti accepta quondam beneficia in alios modo rependere cupientes, optimam habebunt occasionem hocce laudabile propositum exequendi, stipem quantulamcumque sive in parata pecunia sive in naturae donis offerendo in bursam s. Casimiri Tarnoviae. Oblationes hae voluntariae poterunt pro lubitu aut directe Tarnoviam Cancellariae Consistoriali cum adnotatione destinationis, aut etiam ad manus thesaurarii fundi bursae Canonici J. Rybarski transmitti, aut vero respectivo Perillustri Decano pro collectione et ulteriori promotione admanuari.

Reverendus Vincentius Piksa, concinnator directorii Cracoviensis imprimi curavit exemplaria Commemorationis propriae OO. SS. Martyrum pro die 26. Decembris in Missa Sti. Stephani Protomartyris et Commemorationis propriae die 29. Junii in Missa SS. Apostolorum Petri et Pauli cum Nostra approbatione, quod pro notitia ac directione eorum e Venerabili Clero Dioecesano, quorum interest. praesentibus publicatur.

E Consistorio Episcopali,

Tarnoviae die 28. Novembris 1871.

JOSEPHUS ALOJSIUS,

Episcopus Tarnoviensis.

Cyprianus Netuschill,

Cancellarius.

Tarnoviae, 1871, Typis A. Rusinowski, Typographi ad honores Episcopalis, Impensis Consistorii.